ihret
es=Hand.
füllet

füllet
on.
ndet/
s Band/
Seegen

sPfand.
niß legen
es ſteten

Seegen/
get ſeyn.

VIRO
CONSULTISSIMO SPECTATISSIMOQVE,

DOMINO DANIELI ESKIO,

SCABINORUM MAGISTRO IN VETERI CIVITATE VICARIO,
AC SCHOLARCHÆ MULTO MERITISSIMO,
CUM
SECUNDAS NUPTIAS
d. I. Martii, CIↃ IↃ CCVII,
CUM
VIDUA FLORENTISSIMA

FLORENTINA SCHULFIA,

FELICI AUSPICIO INIRET,
PORRO EASDEM FELICES FAUSTOSQVE PRECABATUR,
M. P. JÆNICHIUS, R.

FAllor, an immerito thalamus viduatus amore
Conjugis amiſſi dura vocetur hyems.
Scilicet, ut cœlum conſtringit nubibus atris
Bruma, & permiſta grandine lædit humum.
Imber Hyperboreis veluti de cautibus hauſtus
Aufert ſplendorem, lumen & omne fugat.
Floruerat veſtita prius dum gramine tellus,
Arbor & umbroſás pulchra comas dederat.
Jam ſubito niveis oneratur molibus ipſa,
Floribus & Sylvis deſinit eſſe decus.
Sic ubi conſortem thalami vis mortis ademit,
Nil niſi jucundi triſtis imago manet.
Nil niſi mœrores, jacturæ & multa qverela,
Eſtqve novi damni nuncia qvæqve Dies.
Proinde Dies, Vobis, Neonymphi, optata, ſecundi
Qvæ præbet Vobis omina læta thori.
Uritis in medio conceptis frigore flammis,
Non mirum: Tædas dulcis Hymen retulit.
Ergo conſtanti puroqve ardore flagretis,
Accidat haud unqvam triſtis amoris hyems.
Qvaliter auricomus Phœbus jam ſurgit Olympo,
Luce ſuos curſus uberiore notans.
Qvale genus florum revireſcens exeret annus,
Qvalia tunc æſtas feruida grana dabit,
Veſter amor thalamo plures ſic exerat ignes!
Innumerisqve bonis ſit cumulata domus!

THORUNII,
Imprimebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliſſ. Senatûs & Gymnaſii Typographus.

Inv. 4130 x 1